



DISPUTATIO DECIMA

De

MINISTRIS
ECCLESIAE.*Ex Tom. 2. lib. I. de Clericis.*Resp. M. SALOMONE GLASSIO
Sondershusino.

THESIS I.



PHARISÆORUM
uterinam sobolem se cum to-
ta Clericorum Romanen-
siū multitudine esse, declaret
Bellarmin. voluit se ad ipsorum indolem
in ipso quoque nomine accommodare.
Quemadmodum enim illis Pharisæorum
appellatione superbire volupe erat, ut vitæ
sanctimoniâ & mundicie à reliquis Judæis
fese sejunctos esse demonstrarent [quam
Pharisaici nominis Etymologiam tradunt
*Orig. in cap. 23. Matth. Tertull. de præ-
script. Epiph. bar. 16. Ambr. lib. 3. in Luc. &
confirmat fastuosa precatio Pharisæi Luc. Cap. 1.
18. v. 10.]* sic ministri sacrorum in Papatu

K

Vocari